

Machabeorum I

409

de vlllo negocio: nec quisq̄ ei molestus sit de vlla ratione. Et factū est vt viderunt q̄ interpellabāt gloriā eius que p̄ dicabat: et opertū eū purpura: fugerūt oēs. Et magnificauit eū rex: et scripsit eū inter p̄mos amicos: et posuit eū ducem et participem p̄ncipatus. Et reuersus ē ionathas i hierusalē cū pace et leticia. In anno cētesimo sexagesimo quinto: venit demetrius filius demetrii a creta in terram patrū suoz. Et audiuit alexander rex et tristatus ē valde: et reuersus ē antiochia. Et cōstituit demetrius rex apollonium ducem qui herat celesyne: et cōgregauit exercitum magnū et accessit ad iamniā: et misit ad ionathā sūmū sacerdotem dicens: Tu solus resistis nobis. Ego autē factus sum in derisum et i opprobriū: p̄pterea q̄ tu potestātē adūsus nos exeres in montibz. Nūc ḡ si confidis in virtutibus tuis descēde ad nos i campū: et cōparemus illic inuicē: q̄ mecum est virtus bellorū. Interroga et disce q̄s sum ego et ceteri q̄ auxilio sunt mihi: qui et dicūt q̄ nō potest stare pes vester ante faciē nrā: q̄ bis in fugam cōuersi sūt p̄res tui in terrā suā. Et nūc quō poteris sustinere equitatū et exercitū tantū in campo vbi non est lapis neq̄ saxum neq̄ locus fugiendi: Vt audiuit autē ionathas h̄mōnes apolloniū. motus est animo. Et elegit decem milia virozū: et exiit ab hierusalē: et occurrit ei simon frater ei? i adiutoriū. Et applicuerūt castra in ioppen. Et exclusit eū a ciuitate: quia custodia apolloniū ioppe erat et oppugnauit eā. Et exterriti qui erant in ciuitate aperuerūt ei: et obtinuit ionathas ioppen. Et audiuit apollonius: et admonit tria milia equitum et exercitum multuz. Et abiit a cotū tanq̄ iter faciēs: et statim exiit i campū. eo q̄ haberet multitudine equitū et cōsideret in eis. Et insectus est eū ionathas in a cotū: et cōmiserūt plūm. Et reliquit apolloni? in castris mille eq̄tes post eos occulte. Et cōgouit ionathas qm̄ insidie sūt post se:

et circūierūt castra eius et eiecerūt iacula in plin a mane vsq̄ ad vesperam. Populus autē stabat sic p̄cepit ionathas: et laborauerūt equi eoz. Et eiecit simon exercitū suū: et cōmisit 3 legionē. Eq̄tes enī fatigati erāt. Et p̄triti sunt ab eo: et fugerūt. Et qui dispersi sunt p̄ campuz fugerūt in a cotū: et intrauerūt in bethagon idoliū suū: vt ibi se liberarēt. Et succendit ionathas a cotū et ciuitates que erant i circūitu eius: et accepit spolia eorum: et templū dagon et oēs qui fugerūt in illud succendit igni. Et fuerūt qui ceciderūt gladio cū his qui successi sunt: fe re octo milia viroz. Et mouit inde ionathas castra: et applicuit ea ascalonam et exierūt d̄ ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est ionathas i hierusalē cū suis habentibz spolia multa. Et factū est vt audiuit alexander rex h̄mōnes h̄stos. addidit adhuc glorificare ionathan. Et misit ei fibulā aureā. sic consuetudo est dari cognatis reguz. Et dedit ei acharon et omnes fines eius in possessionem.

LXI

ET rex egypti cōgregauit exercitū sicut arenā q̄ est circa oras maris: et naues multas: et que rebat obtinere regnū alexandri dolo: et addere illud regno suo. Et exiit in syriā h̄bis pacificis: et aperiebant ei ciuitates et occurrebāt ei: q̄ mandauerat alexander rex exire ei obuiā: eo q̄ socer su? esset. Cū autē introiret ciuitatē ptolome? ponebat custodias militū in singulis ciuitatibz. Et vt appropianit a cotū oñdēt ei templū dagon successū igni: et a cotū et cetera eius demolita et corpa proiecta: et eoz q̄ celi erāt in bello tumultos q̄s fecerāt secus viā. Et narrauerūt regi q̄ h̄ fecit ionathas: vt inuidiā facerēt ei. Et tacuit rex. Et occurrit ionathas regi i ioppen cū gloria: et inuicē se salutauerunt: et dormierūt illic. Et abiit ionathas cū rege vsq̄ ad fluiū q̄ vocabat eleuther?: et reuersus ē i hierusalē. Rex autē ptolome? obtinuit dominiū ciuitatū vsq̄ seleutiā